

Qui turbat pueros [et]  
vexat amore puellas, heic  
tibi, quod cernis,  
sistitu...

Lithovius, Michael Michaelis

*1700-1829 81 Cbza 1730 Bäck o. Lithovia*



*Qui turbat pueros & vexat amore puellas,  
Hic tibi, quod cernis, sistitur ille puer,*

# CUM NUPTIÆ

*Plurimum Reverendi atque Clarissimi VIRI*

**D<sup>N.</sup> GUSTAVI  
BÄCK**

*Pastoris Nykyrkensium Vigilantissimi*

*&*

*Venustissima virtutumq; decore Ornatisima Virginis*

**VIRG.**

**CATHARINÆ  
LITHOVIAE**

*Celebrarentur auspiciatissimæ in Paroesia Lapoënsi*

*d. Febr. A:o virg: partus CIÖCCCXXX.*

*à*  
**MICHAELE M. LITHOVIO.**

---

**ABOË, Excud. JOH- KIÄMPE Reg. Acad- Typogr.**





Onnubiale levi meditabor arundine carmen  
Et rabi em paucis monstrabo cupidinis; alter  
Tangat opus, qui sit sociali federe junctus,  
Et facili ducat modulamina doctus arvena.  
Omnia vincit amor, superatq; Cupido, tametsi  
Non jovis aut telis, aut fulmine sciat ullo,

Martis opus nec ci gladius, nec clara Potentis  
Herculis, ast tenerum subigit sibi corda per arcum.

Saxea percurrit camposque peragrat, ibique  
Ut tacitum foveat sub pectore vulnus amando  
Cuncta petit jaculis puer occurrentia pravis.

Sepius & latitat, spisisque reconditur umbris  
Viribus unde salax validis jaculatur incermem  
Qui miser infixus sic ardet amore puella  
Ac si quis flammam nebulo supponat aristis.

Post chaos hic primus socialia jura paravit,  
Hunc & in usque diem servavit fœdera lectis  
Alter ut alterius moveatur sexus amore

Parvulus ille puer, celeres dat namq; sagittas

Efficit, ut fugiat vix ullus liber ab armis.  
Oscula certatim rapiunt pardiq; leones,  
Virgis in amplexus ruit atq; cupidine gaudet:  
Squamiger ut piscis gravibus versetur in undis  
Uritur ignarus servas extinguere flammās.  
Quicquid in orbe fuit socialis iunxerat ardor,  
Connubiiq; jugo quod erit jungetur adestque.  
Quid multis? satis hoc docet experientia semper,  
Et nunc in nostris Neonymphis cernimus idem;  
Nam procul accensus veniebat sponsus amore  
Et sponsam reperit longis sibi faustus ab oris.  
Sponse, Vir ingenio pollens, Tibi ab aethere summo  
Sponsa pudica datur; signat Catharina pudicam,  
Castam qua Coluit vitam sine vulnere fuma.  
Salve lata dies, qua non festivior ulla,  
Salve pectoribus referens nova gaudia cunctis.  
Blandus conjugio praesit Hymenaeus & ades  
Passim Phœbea lustrabis lampade nostras.  
Flectere qui poteras, Orpheu, testudine quercus,  
Nectareo mæstos repleas dulcedine sensus.  
Dulcia qui dederas plectro modulamina Thresis  
Psallito, sicque tuis resonet clangoribus aether.  
Psallite vos Juvencus simul ac gaudete puella,  
Deliciosa Deus vobis hæc gaudia fecit.  
Quod superest, celsi fac Tu moderator Olympi  
Ut seriem fausti possint numerare dierum  
Seram, connubio juncti, quo pignora casti  
Cernat uterque sui, dulcissima gaudia, lecti.  
Scandant dum thalami complentur fata secundi,

Culmina celsa poli! quo vectus uterque per ævum  
Candidus insuetum miretur limen olympi.  
Vivito, Salveto, gaudeto, vigeto, valetto,  
Quod Tibi Sponse cano, simul & Tibi Sponsa precabor.

### Lyckönskan."

**N** idel glädje wille jag  
Den sällhet som äth Ehr i dag  
Ren Ähla kärlek mån tilsöra:  
Den sällhet som i werlden här  
Förmer än allan sällhet är/  
Med fleer' och längre ra'r omröra.

Men som min Clio är förstvag  
Til det / så tör ej heller jag  
Sör denna gången sådant ämna;  
En önskan endast jag wil nu  
Herr Brudgum med Ehr wåna Bru'  
Äth Ehr til trogen sinbild lämna.

Det wille Himlen Edra da'r  
Så länge I här blifwa qwar  
Med frögd och glädje nog bekröna/  
■ Och stoft / sen dödn' Ehet samsjeband  
■ Har sönderryckt / Han i sitt land  
Ehr dygd med sällhet må bekröna!

Gustavus Lithovius.

